

lacioni non deferri, inebam, iussi & mandavi exsequi predictam meam sententiam non obstante appellacione ab ea interposita per Concilium dictae villae & per condemnatos. ¶ Quod etiam probatur & fundatur, quia quotiescunq; res dilationem non recipit, non permittitur appellare quoad effectum suspensionis, ut in l. constitutiones, ff. de appellat. et in l. fin. ff. quando appell. sit, tradunt Da. in l. 4. in princ. ff. de dam. infect. tradit Pet. Rebuff. in comment. ad constitut. Reg. Gallie. 1. tom. in tract. de sentent. provisional. in prefat. num. 139. ¶ Vbi et dicit, quod lite pendente fit prouisio, considerata qualitate causae, si forte res periret vel consumeretur durante lite, ut fructus, vel æquius pro expensis, arg. l. Mediterranea, vbi Bart. C. de ann. et trib. lib. 10. Panorm. in cap. 10. col. 2. de dilat. ¶ Idem et quando tempus finiret forte rectoris electi ad tres menses, secundum eundem Abb. in c. fin. de iudic. facit l. unic. ff. de gland. legem. quod est expressum in proposito. * Vnde in his calibus iudex a quo appellatur, absq; metu attentatorum potest in causa procedere, iuxta text. in cap. cum non solum, de appell. lib. 6. et ibi Dd. et in terminis tenet D. Azeued. nouissime post huius operis primam editionem in d. l. 6. nu. 1. allegans Rebuff. et Lancel. ad idem. * Et ita exsequutus fui meam sententiam. Condemnati & Concilium presentauerunt se in gradu appellacionis in Regali Cancellaria Granatenis, maxime conuenerunt de me propter spolum: & ante omnia petierunt declarari pro attentato, & pro tali reuocari omnia a me gesta in nouata & attentata post predictam meam sententiam diffinitiuam, & appellacionem legitimam ipsorum tanquam gesta a non iudice, & pendente appellacione, in quo aduersarii maxime confidebant. Tandem Regales Auditores viso processu declarauerunt, non habere locum reuocare supradicta gesta post sententiam & appellacionem, & sic ea saltem tacite approbarunt & confirmarunt (quod ægre tulerunt condemnati predicti) & protulerunt sententiam probatoriam super negotio principali. Et sic iudices a me confirmati electi virtute meae sententiae permanserunt in officio per totum annum, quousque alio anno sequenti alii electi fuerunt secundum consuetudinem in memorialem, & primi nominati, super quibus lis erat, nunquam ad officia redierunt, nec sibi restituta fuerunt, quia iuste ab eis fuerunt ablata.

SVMARIA.

- 1 Minor recipiens merces ad creditum, para mohatras: et ad conuertendum in malos vsus, non tenetur, secus si sint viles et necessaria minori ipsiusq; familia (hoc est) quando contrahit bona fide et ex bono et equo.
- 2 Minor, qui tanquam maior rem suam administravit, etiam si postea damnificetur, non inconsulto, sed fatis, non restituitur.
- 3 Minor petens restitutionem, debet probare se minorem et laesum.
- 4 Exsequutio non suspenditur petita restitutione in integrum contra eam, si est presumptio malitia contra petentem restitutionem, quod causa differendi exsequutionem eam petat.

CONSILIVM XXXII.

Vllo processu exsequutionis & opposicione a reo facta, pro actore petente exsequutionem, litem esse decidendam probo duabus iuridicis rationibus:

- 1 Prima, et quia Regia pragmatica, qua reus nititur, quae habet, que a los menores de edad no se le den fiadas mercaderias, sin licencia de su curador, loquitur & intelligi debet, quando minor recipit merces ad creditum, para mohatras, & ad conuertendum in malos vsus, ut constat ex prefatione & petitione, cui respondet dicta pragma-

tica, non vero eo casu, quo predictae merces sunt viles & necessariae minori ipsiusq; familiae (hoc est) quando contrahit bona fide & ex bono & equo, ut probatum existit contigisse in nostro casu. Tunc enim ius naturale, ciuile & Regium obligat minorem, quia non debet locupletari cum iactura aliena, ut in terminis illius pragmaticae latissime fundavi, probavi & tenui in mea repet. authent. sacramenta puerorum, nu. 79. et seqq. C. si aduers. vendit. vbi ita fuisse iudicatum duabus sententiis conformibus retuli: tenuit etiam eandem opinionem Didac. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordinam. col. 1027. vers. fallit tamen.

Secunda, et quia minor, qui tanquam maior rem suam sobrie administravit, etiam si postea damnificetur non inconsulto, sed fatis, non restituitur, ut puta si emat feruum sibi necessarium, licet mox decedat feruus ille, ut in l. verum, §. sciendum, vers. item non restituetur, ff. de minor. l. 6. vers. eam de imos, tit. 19. part. 6. ¶ Vbi etiam probat lex illa, que semper ha de probar dos cosas el que demanda restitucion, scilicet, se minorem et laesum. Quod vltimum probat etiam l. 4. tit. 14. et l. fin. tit. 25. part. 3. idem de iure communi probat l. ait prator, §. non solum, et l. vers. sic, mibi autem, ff. de minorib. et ibi Dd. idem in l. sic minorem, ff. de restitu. minor. et in l. cum te, C. de probat. Bar. in l. fin. num. 3. C. de integrum restitu. Bart. et Paul. num. 4. l. 5. in l. nam et postea, §. si minor, ff. de iur. iur. and. text. in summa et in l. 2. tit. 19. part. 6. Sed in presenti casu non solum dictus reus non probauit laesionem, sed actor probauit, quod omnes merces, quas sibi vendidit ad creditum, fuerunt ei viles & necessariae; & quod conuersae fuerunt in suam propriam vtilitatem, & quod pretium ipsarum fuit iustum, iuxta communem aestimationem: sicque nulla laesio contigit, nec tunc, nec postea, cum etiam si postea contigisset, non sufficeret, dummodo a principio non interueniret, ut in dictis iuribus: praemaxime, cum sit etiam probatum, quod illo tempore dictus reus publice, tanquam maior, contrahebat cum aliis sine aliqua auctoritate curatoris, qui id sciebat & consentiebat, quia reus erat sagax & prouidus.

Non obstat compensatio, quam dictus reus opponit de ahis debitis, quia sibi fuerunt soluta, & ipse instrumentum solutionis & quitationis praestauit dicto actori, quae sunt recognita in hodierno iudicio a predicto reo. Nec restitutio contra instrumentum solutionis petita locum habet, quia nihil probauit aduersus dictam apocham solutionis, ut requirebatur iuxta supradicta: nec vlla laesio intercessit in concedenda predicta apocha solutionis & quitationis: Quandoquidem praecessit rationis calculatio debiti & soluti eadem causa certa cuiusq; rei. Maxime, quod cum dictus actor habeat predictam apocham recognitam solutionis & quitationis generalem, si reus litigare velit aduersus eam, est res inliquida, & sic via ordinaria, quae exsequutionem minime debet impedire. Nam licet restitutio in integrum competat minori, & impediat exsequutionem, illud locum habet, quando petitur & competit aduersus ipsam obligationem, quae exsequitur, item & cessante malitia eam petentis: hic vero contra obligationem minime competit, ut supra probatum est. Quod si adhuc competeret contra dictam apocham solutionis, hoc differetia via exsequutiua & chirographo, et recognito ipsius debiti, quae exsequitur, & vnum non debet aliud impedire, cum sint diuersa: & id, quae exsequitur, sit liquidum, oppositum autem non liquidum, imo altiore indagationem requirens: & de liquido ad non liquidum non fit compensatio, ut in l. fin. cum vniq; de compensat. Alias enim nulla exsequutio locum haberet aduersus minores, quamuis essent adulti, si ex sola allegatione aliarum diuersarum via exsequutiua impedienda foret. Maxime, cum in presenti constet de malitia minoris restitutionem petentis.

4 tentis. Quo et casu exsequutio non impeditur, imo sic est presumptio malitia contra petentem restitutionem, quod causa differendi exsequutionem eam petat, non suspenditur exsequutio, ut in c. suscitata, de in ius restitu. min. et ibi Dn. Didac. Couar. in pract. quasi. cap. 16. nu. 2. vbi testatur communem. Sed in presenti satis constat de ipsa presumptione malitia rei; Quandoquidem in instrumento solutionis adest computatio debiti & soluti clara & apertissima, & sic ratio redditae reuocata est: Vnde petere restitutionem contra eam nihil probato, euidens signum malitiae est ad differendam exsequutionem. Constat etiam aliunde dicta malitia ex eo, scilicet, quod se opposuerit exsequutioni nolens soluere, quod in suam vtilitatem conuersum fuit, imo quo succursum est & prouisum propria necessitate, locupletari se volens cum iactura aliena, quod est contra ius naturale, ut probavi vbi supra. Nec obstant a me tradita in meo tract. de iur. am. confirmat. 1. part. cap. 40. num. 13. et seqq. vbi quod minori competat restitutio in integrum aduersus liberationem generalem a se emissam, etiam iuratum in fauorem sui curatoris, quia id verum est, ut ibi ipse deduxi, quoties liberatio facta est, nulla facta calculatione nec rationibus redditis: & sic est defectus in liberatione ipsa, item adest presumptio aduersus curatorem extorquentem a suo minori predictam liberationem generalem totius administrationis. At in nostro casu non sic est: Vnde nobis non nocent supradicta loco a me tradita: imo si recte inspiciantur, prouident, a ratione cessante argumento sumto. Haec lis fuit postea decisa in fauorem dicti actoris iuxta hoc meum consilium, quod fuit traditum iudici ipsi simul cum processu.

SVMARIA.

- 1 Oblatio verbalis habet hunc effectum, quia per eam impeditur commissio et incursum poena conventionalis.
- 2 Quando non est praesens, sed abiens cui debet fieri obligatio, requiritur citatio vel proclama, quod compareat ad recipiendum obligationem.
- 3 De iure ciuili, vbi est dies et poena, non habet locum purgatio mora, de iure tamen canonico bene admittitur, quoniam eo attentio et ipsius aequitate, etiam in dispositione iurata, et vbi alias non poterat mora purgari, admittitur purgatio mora, si ius actoris non est factum deterius.
- 4 De iure canonico hodie semper mora purgari potest.
- 5 Deficiente iure Regio potius recurrendum est ad ius canonicum, quam ad leges Imperatorum.
- 6 Instrumentum obligationis non subscribitur ab ipso debitore est nullum.

CONSILIVM XXXIII.

Vllo puncto & relatione ad me transmissa, exsequutionem esse annullandam mediante iustitia libentissime affirmo.

Primo, quia licet debitor fuerit obligatus praestare satisfactionem, & sic cauere cum fideiussores ipsi creditori pro solutione debiti facienda certo quodam termino, quae satisfactio praestari debebat, alio etiam anteriori termino sub poena, quod transacto dicto termino, in quo fideiussio praestanda esset, ipsa non praestita, statim terminus solutionis aduenisset, ita quod exsequutio pro debito peti posset, ac si terminus proprius & verus solutionis esset completus, & sic fuerit petita exsequutio transacto dicto primo termino, in quo debebat praestari satisfactio ob id, quod praestita non fuerit, at tamen debitor adimpleuit in tempore offerendo predictam fideiussionem procuratori speciali dicti creditoris eam petenti & exigere volenti. ¶ Nam et obligatio verbalis habet hunc effectum, quia per eam impeditur

commissio & incursum poena conventionalis, ut tenet expresse gloss. in l. penult. gloss. fin. ff. de nautic. faenor. dicens: Nota ergo, quod sola obligatio impedit, quo minus poena committatur, refert & sequitur alios allegans Anton. de Fano in tract. de pignor. in 3. part. 3. memb. 5. part. princ. num. 2. ad fin. vers. quintus effectus, fol. 140. vbi inquit, quod isto casu sufficit sola obligatio sine consignatione. Ergo cum predicta conuentio fuerit poenalis in defectu praestationis fideiussionis, consequens est, ut obligatio praecedens impediat incursum ipsius: Praemaxime, cum fuerit factum proclama publicum & generale Pinciae, ut compareret dictus creditor ad recipiendam predictam fideiussionem oblatam ex parte debitoris, cum non inueniretur creditor, licet perquisitus fuerit in loco, vbi degere solebat, scilicet Pinciae, quia quando non est praesens cui debet fieri obligatio, sed absens, requiritur citatio vel proclama, quod compareat ad recipiendum obligationem, ut per Bart. in l. si reus paratus, ff. de procurat. refert & sequitur Anto. de Fano vbi supra, in 2. part. 3. memb. 5. part. princ. num. 5. fol. 134. col. 4. illius folii. Et in terminis, quod sola obligatio impediat exsequutionem, allego eundem auctorem vbi supra proxime num. 4. et 5. in 2. limitat. in dicto vers. secundo modo, vbi concludit & resoluit, quod sola verbalis obligatio reuelat, vbi agit de euitando moram vel incursum alicuius poena, vel de impediendo exsequutionem aduersae partis, vel de fugiendo aliquod aliud praedictum. Secundo, quia etiam si supradicta cessassent, prout non cessant, & supradicta poena incursum fuisset ob non praestitam fideiussionem tempore conuento, potest nunc reus vsque ad sententiam moram purgare, praestando sicut praestauit iam predictam fideiussionem idoneam, cuius instrumentum est productum in processu pro parte dicti rei, quoniam ius actoris non est factum deterius, & debitor solutus est in tempore soluere, sicut soluit praestationes praecedentium annorum. ¶ Quia etiam quomuis de iure ciuili Romanorum, vbi est dies & poena, non admittatur purgatio mora secundum communem opinionem, non tamen procedit de iure canonico & eius aequitate: quoniam eo attentio, etiam in dispositione iurata, & vbi alias non poterat mora purgari, admittitur purgatio mora: si ius actoris non sit factum deterius, quod tenuit gloss. in cap. ad misericordiam, gloss. 32. quasi. 1. sentit etiam gloss. in cap. Beatus, verb. maioribus, 22. quasi. 2. per quas gloss. ita tenuit prius omnibus Bald. in l. qui crimen, quasi. 11. nu. 20. C. de his, qui accus. non poss. Vbi inquit, quod fideiussor post moram representando rem congruo loco & tempore, liberatur a poena, etiam si sit fideiussor cum iuramento. Et hanc opinionem communem esse & receptiorem plures allegans testatur Illustrissimus Praeses D. Ant. de Padil. in l. si quis maior, num. 25. C. de transact. sequitur etiam in foro animae Ant. Corlet. in rub. de iur. iur. num. 30. vol. 5. tract. diuersorum Dd. fol. 15. quae communis opinio probari potest argumento textus in cap. suam, de poenis.

Ex et quo textu, quod hodie de iure canonico semper mora purgari possit, tenet alios allegans Greg. Lopez in l. 8. tit. 14. part. 5. gloss. ad fin. vbi inquit, quod ista limitatio in his Regnis erit magni effectus, quia cum per leges Partitarum non reperitur expresse cautum, quod vbi est dies & poena, non admittatur purgatio mora, & sic et deficiente iure Regio potius sit recurrendum ad ius canonicum, quam ad leges Imperatorum, ut tradit Palat. Rub. in introduction. repetit. cap. per vestras, de donat. inter vir. et vx. in vers. sic. idem videtur mibi descendens, admittetur mora purgatio sequendo aequitatem canonicam, & hoc dicit esse menti tenendum. Et supradicta etiam tenui ipse in meo tract. de iur. amemo confirmatorio, 3. part. cap. 17. num. 5. et sequentibus. vbi retuli

dicitur Bald. vbi supra, practicum fuisse iam in Regali Cancellaria Vallisoleti, eodem modo seruari debet in nostris terminis; Quandoquidem est poena & potest mora purgari, quia ius actoris non est factum deterius.

6 Tertio & precipue in fauorem debitoris allego, quod instrumentum obligationis, quod nunc exsequitur, non est subscriptum a debitore, & sic est nullum: ita expresse decidit l. 13. tit. 25. de los escrivanos, lib. 4. Noue Recopilat. Regal. ibi, *si las partes las otorgaren, las firmen de sus nombres, & ibi, que los escrivanos sean anizados de no dar escritura alguna signada con su signo, sin que primeramente al tiempo del otorgar de la nota,ayan sido presentes las dichas partes, y testigos, y firmando como dichos es, & ibi, y se haga todo lo suso dicho, so pena que la escritura a que de otra manera se diere, sea en si ninguna.* Sed quod nullum est, exsequutionem non meretur, vt in l. 4. §. condeñnatum, & ibi Doff. de re iudic. Ergo exsequutio predicta omnino venit annullanda. Et secundum hoc consilium fuit pronuntiatum. Laus Deo.

SVMARIA.

Lex 23. tit. 7. lib. 7. Noua Copilata loquitur tantum in fundis herba, non vero in illis, qui ad pastum & culturam locantur, & ibi de l. intellectu late agitur, & num. seq.

Leg. 22. eiusdem tit. intellectum.

CONSILIVM XXXIV.

Fundamentum rusticorum agentium contra Dominum Ferdinandum id solum est, nempe, quod Regia pragmat. que habet, *Vi habentes pecora & fundum herba conductu teneantur eam parte herba, quae eis supererit, alius prestare pro eodem pretio, quod sibi costuenerit ab alijs, vltro lucro, procedat & extendatur ad alios fundos, qui ad pastum & culturam simul locantur, tam in cultura, quam in pastu: ita scilicet, vt culturam possint retrahere alii pro eodem pretio, & hoc per aliam pragmaticam statim sequentem, quae precipit, *Vi fundi cultura reducantur ad pastum.* Quo fundamento nisi petunt, vt nominentur aestimatores, qui aestiment partem fundi, quam ipsi conductam habent a predicto Ferdinando ad culturam, & postea coluerint & seminauerint iuxta pretium, quo totus fundus locatus fuit ipsi Ferdinando, eam que aestimationem, quae predicto modo facta fuerit, sunt parati soluere, non vero amplius, licet alio modo sint obligati in instrumento publico, scilicet, prestare certam frumenti quantitatem pro predicta cultura, hoc est, parte fundi culta.*

1 Sed hoc fundamentum falsum est: ideo Dominus Ferdinandus venit de iniuria omnino liberandus & absolendus a petitione actorum, & precipiendum est, vt ipsi soluant iuxta tenorem instrumenti & pactationem factam inter easdem partes, quando contractus culturae fuit celebratus: quoniam dicta pragmatica, quae de herbis loquitur, quae hodie est l. 23. tit. 7. lib. 7. Noua Copil. Regia, loquitur tantum in fundis herba, non vero in illis, qui ad pastum & culturam locantur. Cum igitur lex haec sit correctoria, exorbitans & poenalis, extendi non debet vltra casum, in quo loquitur, vt sunt iura vulgaria. Praemaxime cum ipse reus optime probauerit, licere iuxta antiquam consuetudinem conducere fundos ad pastum & culturam, & postea eos in totum, vel in partem alijs locare pretio ab eisdem conuento absque vlla poena: hocque esse maxime utile Reipublicae rationibus de quibus in processu.

2 Nec obstant altera pragmatica, quae de reductione fundorum culturae ad pastum loquitur, quae hodie est l. 22. eod. tit. & lib. 7. quoniam predicta reductio non

ideo fieri iubetur, vt cultura eodem pretio praestetur, sicut pastus, prout aduersi perperam volunt intelligere. Sed ne pastus antiquus minuat, sicque pecora eo careant in maximum Reipublicae detrimentum, vt constat ex ipsa lege, & magis conuincitur ex eo, quod in dicto nouo libro legum Regiarum priori loco constituta sit haec decisio, quam illa de herbis. Vnde minime, saltem sano modo, percipi potest, vt lex praecedens de predicta reductione loquens spectet ad decisionem l. seq. Re. Cuius igitur (si alius Legislator voluisset) prius collocasset legem alteram de fundis herba locatorem, vt mens ipsius intelligeretur repetita in lege sequenti.

Praeterea anima predictae constitutionis Regiae, quae de predicta reductione loquitur, est, ne pastus antiquus minuat, vt dictum est, & carnes cariorese fiant, ad hocq; precipue venit dicta pragmatica, quae est anni 1552. del remedio de las caestias: Non vero ad id, quod aduersi pretendunt. Id enim si verum effet, reductio predicta fieri minime precipeteretur, sed directe statueretur, vt fundi etiam culturae eodem pretio, quo fuerunt conducti, alijs locarentur, possentque deinceps rumpi & ad culturam redigi, quatinus ab illis annis citra, de quibus in eadem lege fit mentio, nouiter rupti fuissent, & expresse contradicere ipsi legi, sicq; nullo modo pati potest lex illa sensum, quem ei actores assignant.

Uterius intentum nostrum probatur ex altera pragmatica, de las yeruas, in illis verbis, *la aya de dar, y de a otro que tenga ganado. Quo fit, vt apertissime demonstratur, in pastu tantum loqui, non vero in cultura.*

Item casu, quo intentio actorum procedere posset, aestimatio fieri debebat omnium annorum simul, quibus idem fundus locatus fuit D. Ferdinando, alias enim ratio recte computari nequit, cum vltus huius fundi consistat in herba, cultura & glande. Glans autem res incerta est atq; ignotum, quanta residuis annis predictae locationis erit, item valor ipsius futurus minime constat, nec constare nunc potest: sicq; minime culturam tantum possunt retrahere eodem pretio, praemaxime, cum tantum id petant respectu vnius ex duobus annis, quibus susceperunt dictam culturam.

Eisdem rationibus corrui denuntiatio eorundem actorum facta aduersus reos dicentium, eos conducti se predictum fundum, non habentes pecora contra tenorem dictae pragmatice, cum ipsa tantum loquatur in fundis herba, vt supradictum est, sitq; exorbitans, poenalis & correctoria: hic vero fundus fuerit locatus ad pastum & culturam, ad quem non extenditur, praecipue, cum rei probauerint, tempore dictae locationis ipsos habere & solitos esse antea habere pecora, sintq; optima conditionis, actores vero rustici & in firmae sortis, constatq; praeterea de horum calliditate & malitia, sicq; praed. iuridicis & notorijs rationibus & fundamentis, quae minime egent probatione nec allegatione, existimo, reos in totum absoluedos esse, actores autem condemnandos cum impositione perpetui silentii, salua dignissima correctione domini iudicis. Haec causa postea decisa fuit in fauorem reorum, vt fuit petuunt, cumq; actores ab eadem sententia appellassent, & causam cum processu ad Regiam Curiam detulissent, nullum advocatum inuenerunt, qui viso processu vellet eis suum patrocinium prestare propter notoriam iniustitiam ipsorum, & sic reliquerunt causam, & soluerunt iuxta contractum proprium, quem in predicta lite impugnare volebant. Laus Deo.

SVMARIA.

Mandatum consilii infactum; Vnde (maxime ad delinquendum) non presumitur.

2 Nulla qualitas potest probari, vbi non probatur subiectum.

3 Quan-

- 3 Quandoquocunque iudex procedit contra aliquem, tanquam auxilium praestantem, debet primo in ipso processu constare, principalem deliquisse.
- 4 Confessio delinquentis, asserentis commississe de mandato alterius, non nocet illi.
- 5 Probatio facta contra principalem delinquentem non nocet operam praestanti nec sententia.
- 6 Dicitur mandatarium, qui acceptauit mandatum, non nocet, quem dicit mandasse.
- 7 Multo minus nocet facta confessio principalis, vel contumacia ex forma statuti propter absentiam.
- 8 Quando non praecedit causa, tunc nec causam praesumo, etiamsi capitales mine sine inimicitia praeserunt, quia plura sunt, qua terrent, quam que nocent.
- 9 Non sufficit causa inimicitia in genere, non adiecta qualitate & causa inimicitiae in specie.
- 10 Confessione vulnerati in iudicio & cum iuramento facta standum est, non vero, quod aliter extra iudicium dixit, sequendum erit.
- 11 Excusatio vulnerati de aliquo persona valet, nisi liquido contrarium probetur.
- 12 Dominus iniuriatus ab aliquo si dixerit famulo suo, dominus reuerentis, donec aliqua noui sentiam de tali negotio, & postea famulus occidat illum, qui dominum iniuriauerat, adhuc non praesumitur, dominum mandasse illud committi, nisi rebus concurrentibus, de quibus hic.
- 13 Testibus inimicis nulla fides danda est: quod procedit etiam in crimine lese maiestatis, vel quocumq; alio delicto grauissimo, vt in num. 14.
- 15 Testis non integritatis, quamuis plures sint, non faciunt fidem in criminalibus.
- 16 Testes non integri non admittuntur ad probandum delictum, nisi quando veritas aliter haberi non potest alii nec haberi.
- 17 Minor viginti annorum non est idoneus testis.
- 18 Testis semel periuus, quantumcumque sit emendatus de crimine, in nullo casu etiam in exceptis admittitur.
- 19 Testis si unum dictum dixerit extra iudicium cum iuramento, & aliud contrarium in iudicio, etiam cum iuramento, est periuus & nullam fidem facit.
- 20 Testi periuo si aliqua fides danda est, eius primum dictum attenditur, non secundum: & hoc maxime procedit, si alius testis concordet cum primo dicto, vt in num. 21.
- 22 Primo dicto testis standum est, & non secundo, etiamsi sit secundum in tortura, quando primum delictum vero simile est & inuatur praesumptionibus.
- 23 Testis affirmans cognouisse aliquem de nocte, nisi probetur, quod lucebat luna, vel aderat aliud lumen, est suspensus de falso nec fidem facit.
- 24 Ad probandum famam quae requiritur.
- 25 Fame quando constat quis fuerit principator, non operatur plus quam illius delictum extra iudicium.
- 26 Fame est res fragilis & perniciosa transmissa ab his, qui desiderant de hoc famam esse.
- 27 Una praesumptio tollitur per aliam, & indicia inquisiti debilitant contraria.
- 28 Contra famam admittitur probatio, & si de fama contraria probatur, de prima non liquet.
- 29 Diffamatio delicti probata contra reum, etiamsi in contrarium nihil probetur in specie, tollitur per probationem bona fama a reo factam.
- 30 Probationes in causa criminali debent esse luce meridiana clariores.
- 31 In crimine, etiam enormi, debent probari alia solemnitates, quae in alijs criminalibus, & constare, reus esse vere delinquentem.

- 32 Inimicitia praecedens probatur amicitia ex tractatione & conuersatione inter eosdem subsequenda.
- 33 Accusati per calumniam, ne producantur a reo in testes, hoc non obstante sunt idonei testes ad defensionem.
- 34 Duo testes si inter se sint contrarii, non ob hoc accusari possunt de periuo, datur tamen iudici occasio inquirendi.
- 35 Testes inter se varii & contrarii reducuntur ad concordiam si fieri potest, vel statuer dignioribus, & non sunt torquendi.
- 36 Sufficit testes in factu principali esse concordem in his, in quibus consistit substantia negotii, licet in alijs discordent: imo, etiamsi in substantia negotii in modico contradicant, non vitiauerit, vt in num. 37.
- 37 Dicitur testis amittentis factiorem aliquam, etiam scienter, dummodo non targeat negotii substantiam vel circumstantias, vel sibi contradicat in modico, valet & non dicitur varius.
- 38 Quando testis dicit se non vidisse, intelligitur, quod ipse sciat.
- 39 Dominus non tenetur pro famulo, quando est homo liber, nec eum exhibere, nisi quando eum praeposuit alicui officio vel ministerio, & in eo deliquit, & non alias, nisi quando eum detineret.
- 40 Patens, alicum exhibere rem a se possessam, debet probare possessionem illius, si ea a reo negatur.
- 41 In us, quae dependent ab animo & conscientia alicuius, standum est ipsius iuramento.
- 42 Ex verbis inuictis oritur capit alius inimicitia.
- 43 Inimicitia praecedens an & quando sit in iudicium sufficiens ad delictum postea commissum.

CONSILIVM XXXV.

Vlso processu criminali contra admodum Illustres Dominos Franciscum & Christophorum ad instantiam accusatorum fulminato, ipsos reos esse absoluedos apertissime apparet. Primo, quoniam accusatores fundant suam accusationem contra Dominum Franciscum in solo mandato de occidendo factu Petro familiari suo propter inimicitiam, quam dicunt habuisse mandantem aduersus occisum, & quod dictus Petrus exsequutus fuit postea mandatum illud occidendo, & quod illi operam praestitit dictus Dominus Christophorus. Hoc autem minime probatur in processu, nempe, mandatum nec exsequutio ipsius: quia quamuis de homine occiso constet, non tamen constat de occisore, nec de vllo fauore vel auxilio praestito a dicto Domino Christophoro; Vnde succedit regula iuris vulgaris, de qua l. qui accusare, cu siml. C. de eden. Et praeterea in specie probatur, quia mandatum consistit in factu; Vnde (maxime ad delinquendum) non praesumitur, nisi probetur, vt in l. consilio, ff. de crim. fur. §. merito, ff. pro sic. Et in terminis, quod mandatum non praesumatur, etiamsi delictum committatur per famulum vel amicum, probatur ex text. in cap. cum ad sedem, de restitu. spoliar. per quem text. ita tenet Bald. consil. 98. nu. 7. vol. 1. & in consil. 383. nu. 5. vol. 5. vbi allegat Bart. idem tenentem in l. i. §. familia. ff. de public. & vectig.

Nec t Domino Francisco obest absentia dicti Petri, quoniam nec probatur ipsum commississe hoc delictum, nec ob id abesse, & nulla qualitas potest probari, vbi non probatur subiectum, vt in l. si uerber, in fin. ff. de probat. vt optime in proposito concludit Bald. vbi supra.

Et t quocumque iudex procedit contra aliquem tanquam auxilium praestantem, debet primo in ipso processu constare, principalem deliquisse, vt inquit additio ad Bart. in l. si quis, §. si tu Titium, nullus, C. & ff. de fur. Quia si non constat de principali delinquen-

DDDD